

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ebrietas ai
cum uariis

Addice illum ignoracione sui, dubia et parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta cum efferuescit merum ac uiscera ipsa distendit. Tunc tamen ut cumque tollerabile est, dum illi uis sua est. Quid cum sompno uiciatur que ebrietas fuit crudelitas facta est?

Seneca LXXXV. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Ebrietas ai] Ebrietas al P V¹ V² L¹ L²; illum] in oracio *add. (del. intra)* M, illam V² L¹ L²; ignoracione] ignorantie P V¹, ignorantiam V² L¹ L²; tormenta] torrentia L¹ L²; efferuescit] effrenescit B C; merum] morum (*cor. intra*) C, morum M; distendit] ostendit V², offendit L¹ L²; illi] illis V² L¹ L²; quid] quod P V¹ V² L¹ L²; est?] est. P V¹ V² L¹ L²; Seneca *om. C*; Seneca LXXXV. epistola] ibidem L²